



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de
Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XV. de dictionibus numeralibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

ARGUMENTAIN REG. XIV. INNOCENTII

VIII. qua est PAULI V. XV.

1. **C**alendæ unde dictæ.
 2. Antiquitus singulis mensibus fiebant nundinæ.
 3. Dicitio ante includit diem in quo ponitur.
 4. Stylus Cancell. in supputandis Cal. & Idibus.
 5. Datæ bullarum debent ad longum scribi, non autem per abbreviaturas.
 6. In litteris Apostolicis nulla suspicio subesse debet.
 7. Dulcedo beneficiorum homines ad falsitatem impellit.
 8. Bulla quid?
 9. Plumbator dicitur Bullarius.
 10. Nullitas induci non debet, nisi in casibus à jure expressis.
 11. Statutum disponens de portante litteras bannitorum ad civitatem, an habeat locum in portante a signis, vel contra signa.
 12. Dictiones numerales in litteris Apostolicis, debent poni extensive: quod secus est in parva data.
 13. Parva data nullam fidem facit in iudicio.

14. An reg. hæc loquatur, seu locum habeat etiam in aliis dictionibus numeralibus quam in illa expressis.
 15. Quando lex est specialis, ratio generalis, tunc generaliter lex est intelligenda.
 16. Calendarum appellatione quid veniant.
 17. Calendæ curse dictæ.
 18. Ante diem quartum Cal. idem est si ipso die quarto diceretur.
 19. Cal. ndis, intrâ calendæ, ante calendæ, in ante calendæ, eadem sunt.
 20. Bullaria quid distet à Bullario.
 21. Plumbum pendens cur bulla dicitur.
 22. Bullæ requisita.
 23. Litteræ Apost. in quibus non scriptæ sunt dictiones numerales extensive bullarium mitti non debent, alioquin bullæ nullæ erunt.
 24. Forma omiſſa, actus nullus est.
 25. Stylus Cancellariæ non servatur in litteris Apost. aſpectus de falsitate.
 26. Ritus antiquus calendarum, si observatio, damnatur, per cap. Si quis
 26. quaest. 7.

REGULA XIV. INNOCENTII VIII. *Qua est PAVLI*
V. REGULA XV.

DEDICTIONIBVS NUMERALIBVS.

Item ut in Apostolicis litteris committendi crimen falsi per amplius occasio tollatur, voluit, statuit & ordinavit, quod dictiones numerales quae in dictis litteris ante Calendas, Nonas & idus immediate poni conlocuerunt, per litteras & syllabas extensa scribantur, & illae ex praefatis litteris, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptae fuerint, ad Bullarium non mittantur.

GLOSSEMA ALPHONSI.

In ista Regula dicitur quod dictiones numerales dierum, videlicet ante Calendas, vel Idus vel Nonas &c. debent poni extensivè per litteras & Syllabas, & non numeraliter in litteris Apostolicis, alias non mittantur ad Bullarium, exemplum pono: quia debet dici octavo Calendas, & non viii. Calendas, vel octi. numeraliter, & idem de Nonis & Idibus: videlicet quinto Nonas Martii, & non v nonas Martii. Et ad intellectum istius Reg. licet ex se sit notum, tamen quia aliqui visuri eadem Reg. fecerunt igne abuti vocabulis, & ne dicatur mihi quod de notorio loquimur, & quid sit notorium ignoramus ut ait glo. in cap. manifesta 2. quest. 1. & fa. glo. in l. stipulatio ista habere licere §. si quog; ff. de verb. oblig. Ideo videndum est quid vult Regula ista: & quid sint Calendae & quid Nonae & quid Idus, & quidem sciendum arbitror, quod Calendae dicuntur in quolibet ille primo mensis cuiuslibet, dicuntur à calo quod est voco: quia prae eo ascendunt gurgitum, & vocabat omnes homines ad mundinas fendas: hoc dicit glo. 1. in fi. in l. cum villexus ff. verb. sign. vel dicuntur à còlo colis: quia illum primum diem reverebantur anti- quae sicut glo. in d. l. 1. Itaque in quolibet mense fiebant mundinae & durabant per octo dies, & non vacante mundinae, & incipiebant regulariter quinta die cuiuslibet mensis, nisi in mensibus Martii, Maio, Julio & Octobri, quia incipiebant semper in se primo die, unde versus: Sex nonas, Maius, October, Julius & Mars. Quatuor, & reliqui tener Idus quilibet octo ut dicit glo. in data v. libri & in praefata l. cum bissextus, & postea erat divisio mundinarum & vocabatur Idus, id est divisio mundinarum. Unde gentiles ad evitandum falsitatem composuerunt per aniphrasim, id est, tot dies ante Calendam, vel Idus inclusivè in omnibus diebus qui

REGULA
RINNI
TARIN
LAS
ARLES
LICE
IPPE VIBO TU

want ante Calendas & ante Nonas, ante Idus: & illa dictio Ante semper subintelligitur,
 etiam si non exprimitur, ut voluit glossa in d. l. cum bissextus, & in data lxxii & lxxiii
 an, de Imol. qui plenè examinat hanc materiam in l. eum qui calendis ff. de verb. oblig.
 lig. cujus verba vel sententiam recitari in l. i. §. si quis simpliciter ff. de verb. oblig.
 legendo hic Rome tanquam surrogatus Dom. Nicolai de Castello eximii Doct. nunc Advocati
 viatoris de Pace majori & Advocati consistorialis dignissimi; & illa dictio Ante ponitur
 inclusivè, scilicet quia includit illum diem in quo ponitur, & illum ad quem refertur, ut
 vult glo. iii. in d. l. cum bissextus de verb. sign. unde in prima die mensis Martii
 alterius dicuntur simpliciter Calendas, & secunda Martii dicitur sexto Nonas, id est
 die ante Nonas, tertia die dicimus quinto Nonas, quarta die dicimus quarto Nonas,
 quinta die dicimus tertio Nonas, sexto die dicimus pridie Nonas, septima die dicimus octavo
 Idus, id est octavo die ante Idus inclusivè & sic de singulis; & decima quinta dicitur
 simpliciter, & in omnibus aliis diebus computando per antiphrasim, scilicet decima sexta
 die dicimus septimo Calendas Aprilis, id est die decimo septimo includendo aliam diem, et
 primam Aprilis ut dixi; & sic de singulis, ut patet in diversis glo. & idem dicendum
 de aliis mensibus quibus sunt Nonas, die, licet in hoc mirandum, quia de iure reperitur
 quod debemus dicere secundo Calendas, & secundo Nonas, & secundo Idus, ut patet
 Calendario cui debemus dare fidem, ut vult glo. in data vi. lib. & hoc apparet quia
 die Ante includit utramq. diem, ut dicit glo. pradiabol. sequitur quod possimus dicere
 secundo Calendas & c. tamen Cancellaria, nec Camera non ponit nisi pridie Calendas, prae-
 die Idus, & pridie Nonas. Iste stylus fundatur in l. i. ff. de manumissionibus, & inter-
 gavi aliquos Abbreviatores, & scriptores, quare non dicimus secundo Calendas. Dicitur
 tamen mihi, quia numerus secundus praesupponit primum. Sed non reperitur primo Calen-
 das & c. Sed certe ista ratio non satisfacit, quia idem esset dicendum de decimo Calen-
 das, maxime cum dictio Ante subintelligitur includit diem Calendarum, ut dicitur in glo.
 in dicta l. cum Bissexto: idem non placet mihi ista ratio. Sed hodie si diceretur
 secundo Calendas, contra stylum Cancellariae & Camerae praesumeretur de falso propter
 arg. cap. quam gravi & cap. licet de crim. fal. Nihilominus tamen crederem
 Bulla valeret, & hoc per supradicta & per hanc Regulam qua dicitur de ditione ante Calen-
 das, Judex vero cui praesentarentur tales Bullae, deberet consultare Papam antequam ob-
 veret eis arg. c. si quanto de rescript. & jurium allegatorum. Et sic vult dicitur
 regula, quod si forte est data supplicatio octavo Calendas Martii, vel octavo Idus Mar-
 tii, vel sexto Nonas Martii quod debet scribi ad longum, scilicet octavo Calendas Martii
 vel octavo Idus Martii vel sexto Nonas Martii per litteras & syllabas; & non per
 viaturas, videlicet viii. Calendas Martii, vel viii. Idus Martii, vel vi. Nonas Martii
 ad evitandum falsitatem: quia postea posset minus aliquid vel addi, quod non potest fieri, vel
 addi sine suspitione, si per litteras & syllabas poneretur; ad hoc venit ista regula. Et ratio
 dandi forte sunt, quia non refert an aliquid fiat, vel ejus simile, cap. fin. xxxvii. dist.

quam glossa sua, & ibi sunt concordantia, & facit glossa singularis secundum Angel. ibi in l. 1. §. qui praesens ff. de verb. oblig. in verbo annuisset, qui dicitur quod numerus sit obligatio, & etiam capite, & Joannes de Imol. dat sibi socium in leg. inter quia ff. de pact. & ego de aliam sociam in cap. penult. in prima gloss. in fin. de spons. ero- 6
gi videtur quod idem esset dicere viii. Calendas, sicut dicere octavo Calendas per litteras, & syllabas. Sed ratio decidendi fuit: quia in litteris Apostolicis nulla suspicio debet esse, sed clara debent esse omnia, faciunt dicta jura cap. quam gravi, & cap. licet de 7
iur. fall. & cap. inter dilectos de fid. instrum. & maxime quia propter dulcedinem beneficiorum studium est faciendi falsitatem, sicut in simili not. Bal. in cap. quia verisimile de praesumpt. qui dicit quod propter dulcedinem beneficiorum studium est corruppon-
ditus, ergo &c.

Ex praedictis tamen infero, & ex ista reg. à contrario sensu, quod instrumenta in quibus non sit extensa per litteras, nec per syllabas etiam si ponerentur Dies ante Calendas & Idus & Nonas quod valeret, & non essent suspecta.

Considerandum est hic verbum ad Bullarium non mittantur: quia iste plumbarius, aut arbor est plumbator, vel melius forte Vicecancellarius qui debet bullas expedire, sed primum magis placet. Nam bulla dicitur plumbum pendens sive sigillum sit de auro sive de plum- 8
bo hoc dicit gl. juncto text. in cl. 1. de iur. iur. in verbo aurea bulla; hoc etiam probat textus apertus in c. licet §. 1. de crim. fall. ibi, ut falsa bulla falsis litteris apponatur &c. & in duobus paragraphis seqq. & sic sequitur quod plumbator dicitur Bullarius, sicut textus in eo c. §. nos, vel etiam quod Vicecancellarius dicatur plumbator, sed ibi etiam potest capi pro plumbatore: tamen si mitterentur forte valeret bulle: quia hic non annullatur, ergo &c. & nunquam debemus inducere annullationem, nisi in casibus expressis in 9
iure: quia annullatio est poena glo. in c. decet de immunit. Eccles. lib. vi. hoc dicit Abb. in cap. 1. ut Ecclesiastica beneficia. Quae poena non debet imponi, nisi in casibus expressis, nisi per sententiam, faciunt notata in cap. si deligenti de for. comp. & in l. in criminali C. de iur. omni iud. Et praedicta volui dixisse ad declarationem 10
huius Regulae, & si venisset ad propositum hic inserissem de litteris, & de cifris, & de notis assignis: & an statum loquens de portante litteras huiusmodi ad Civitatem, habeat locum in portante cifras, vel contra signa, & alias dixi quod non, per multa jura, tam civilia, quam canonica. Nec curio allegare hic aliam gloss. de Nonis, & Idibus, & Calendas in cap. propter Ecclesiasticas i. xviii. dist. Nec hic dicere est meum quare Eccle-
sia opposet istum numerum calendarum, Nonarum & Iduum, cum observatio calendarum sit reprobata iure, ut in c. non licet, & si quis Calen. &c. non oblietis 26. q. 9. re
quae non facit ad propositum. Rationale tamen Divinorum assignat rationem, si recte
nummi, quod alibi dico. Sed non omittam unum verbum quod dicit Bal. in cap. 1. §.
die lunae de pac. const., quod in litteris Apostolicis ponuntur Idus, calende, & Nonae &c.

CLA
RUM
TABLA
LAS
ARLES
LICR
ITTEPINE

ad solvendum debitum antiquum: quia si diceretur X. die Januarii, debitum erat antea
geretur existente Januario, vel incipiente, & allegat §. si eo d. cap.

COMMENTARIA IOAN. A CHOKIER.

Poni debet extensivè) Non tamen in parva data: quia illa nullam fidem facit
in iudicio, ut rectè notat Mandos. hic *quæst.* 2. sed tantum apud Deum
qui si sic ipsi videretur, illam extendit. In supplicatione autem de stylo Curia
observatur ut extensivè ponatur data hoc modo: Datum Rome apud sanctum
Petrum octavo Kal. Martii Anno etc. Sed quid in aliis dictionibus numeralibus
quæ in aliis litteris Apostolicis cadunt, videlicet super licentia quatuor ordi-
num minorum suscipiendorum pro constituto in quinto vel sexto Anno? vel
in dispensatione in Curato seu dignitate pro constituto in xviii. Anno? vel lo-
per expressione valoris fructuum in impetratione per obitum vel alias, vel
cujus fructus etc. v. vel viii. xiiii. Duc. de Cam. non excedunt: an in quibus
extensivè numerales istæ dictiones poni debeant? Mandos. resolvit affirmati-
vè, hac potissimum ratione, quod debeat fieri interpretatio vel extensio Re-
gula de omnibus dictionibus per quas posset committi falsitas in litteris, argu-
endo à ratione legis, quæ generalis est. Nec obstat quod Regula loquatur de
dictionibus numeralibus quæ ante Calendas, Nonas & Idus ponuntur: quia
quando lex est specialis, ratio verò generalis, tunc generaliter lex est intelli-
genda l. Regula §. Et licet ibi Bart. in ff. Juris & facti igno. Hic autem ratio
generalis est: ne nimirum falsitas in litteris Apostolicis committatur: ideo
alios omnes casus in quibus patrari posset falsitas extendi debet, & quamvis
Regula loquatur de litteris Apostolicis, & sic non habeat locum in collatio-
bus beneficiorum ab Ordinariis, non tamen opere pretium esset, ut falsitas
litteris vitetur, quod idem etiam servaretur in litteris ordinariarum, ut rectè
notavit Rebuff. hic.

Dicuntur in quolibet mense de primo) Imò non solum primus dies Calendarum
ut Auctor est Alciac. in l. 99 ff. de verb. signif. simpliciter Calendarum appellatur
sed omnes dies qui post die Idus incipiunt usque ad sequentem mensuram, ut
fortè exemplo Græcorum qui primam eiusque mensis partem *Primo* vocant
Marcobio lib. 1. vocant: secundam *Secundo*: tertia quæ post viginti unum diem
est *Quarto*. Et non autem nominis Calendarum sic deducit Varro lib. 1. de Ling.
Primi dies mensium nominati Calendarum: ab eo, quod his diebus celebratur
ejus mensis Nonæ à Pontificibus, quinquaginta, an septuaginta sint foruræ in Co-
pino in Curia Calabria? sic: Dies de quinque Calo Juno Novella. Ita Var-
ro

ponem depravatum restituit Auctor Conjectaneorum : cujus verbis lucem dant quæ Macrob. scribit *lib. 1. Saturna. cap. 15.* ubi scribit omnes Calendas Junoni tributas seu dedicatas, ut Idus Jovi, unde factum ut minor Pontifex cui Provincia commissa erat, novæ lunæ primum observaret aspectum, peracto è Sacrificio Rege sacrificio, kalata id est vocata in Capitolium plebe juxta Cujacium kalabram, quot numero dies à Kalendis ad Nonas superessent pronuntiabat: & quintanas quidem dicto quinquies *nonas*; septimanas verò septies repetito prædicabat. Verum missos faciamus istos gentiliam ritus; tantum dicamus qua ratione omnes retro dies usq; ad Idus Kalendæ dicebantur, eadem Idus dicuntur omnes octo Iduum dies, unde Horatius: *ibant octonis referentes Idus era.*

De ditio ante) Interdum apud Ciceron. exprimitur: Ante diem quartum 18 Kal. Decemb. distulit, id est ad diem vel ipso die Kal. Idem: Perjucundus misit Lucius ante diem tertium Kal. Feb. id est ipso die, & aliàs sæpè. Porro 19 Kalendis, intrâ Kalendas, ante Kal. in ante Kalendas eadem sunt, ut Cujacius Auctor est in *cap. in l. 8. ff. de verb. signif. & in l. 13. d. tit. & ex multis Ciceronis locis clarum est.*

De Bullarium) Alii Bullarium legunt, re eadem sunt. Nam Bullaria locus est in quo Bullæ expediuntur: Bullarium, vel qui bullis præpositus est, seu qui officio plumbi præsidet, qui plumbator dicitur, vel ipsum Bullarum regendum. De officio Plumbatoris & ritu bullas expediendi, vide Vestrium in *praxi lib. 1. c. 4.*

De Bulla) Cur Bulla plumbum pendens dicatur, id causæ est, quod 21 magis in eo insculptæ SS. Petri, & Pauli. Nam minuta diplomata alicujus Principis vel Imper. imagine notata, non inconcinne bullæ dicuntur: id quæ similitudine ejus bullæ, quæ spiritu in aqua excitatur, præcipue dum bullis formæ rotundæ; eratq; olim insignis puerorum, & triumphantium teste Plinio *lib. 33. c. 14.* scribente Tarquinius Priscum primum omnium filium, quod annus præteritæ, sive pueritiæ hostem occidisset, bulla aurea donari jussisse. Unde deinceps factum, ut adolecentibus bulla aurea in collo suspendi solita sit, ut refert Alconius. Verum hæc obiter dicta sunt. Bullæ autem de qua hic est sermo, requiritur etiam illam vitiant, habes latè apud Rebuff. in *praxi in 3. p. sig. tit. Bullæ novæ ac* 22 *sup. p. 105. &c. declaratio & mox compendio dicemus.*

De vitæ) Imò non valent: cum bullæ imperfectæ non credatur 23 magis, quam creditur testamento imperfecto. Sunt autem imperfectæ, quæ formam vitæ sunt, ut in casu dispositionis hujus regulæ: quæ licet annotationis penam non contineat, nec pœna incurratur, nisi expressè caveatur, ut not. his *Glossographus*, tamen quia non solum disponit, sed etiam ulterius procedit, ut ne aliter scriptæ ad Bullarium mittantur, dicendum est per illa inducere

cere formam, quia omnia a ctus ipso jure non subsistit, text. in Anth. Not. p. 100. r. 1. C. de sacros. Eccles. & in l. Cum hi d. si pretor ff. de transact. l. ap. alleg. 26. n. 1. 2. sufficit enim Petii in cap. Cum causa de Re jud. c. 2. n. 1. de testib. Facit quod l. 1. Cancellaria non servatus reddit literas suspectas de falsitate cap. quam grat. de Crim. falsi. c. ex literis de Constit. Rom. Consil. 3. r. 6.

G Sit reprobata jure) Errat hic toto Cælo Alphonsus. Non enim Calendarum ratio, sed Paganorum ritus & festa damnantur: Nam tempore publicæ lætitiæ, ut Saturnalia, qui incidebant in XIV. Januarii, lauro & lucernis Romani ædes suas ornabant. Unde c. si quis 26. q. 7. per Glossographum curum, egregiè describit ritum paganorum, dum inquit: Si quis Kal. Jan. in paganorum colere etc. aut menses cum Lampadibus, vel epulis in domibus præparat etc. & in c. præced. scribitur, non licere domos, neq. lauro, neq. vivificare arborum conari. Ex quibus patet ritum, non rationem Calendarum ab Ecclesia damnari, licet ritum eleg. describit Juvenalis Satyra 12.

*Hic nostrum placabo Iovem, Laribusq. pæcernis
Thura dabo, atq. omnes viola jactabo colores:*

Cuncta nitent, longos erexit janua ramos,

Et matutinis operitur festa lucernis.

Et Apulejus lib. 4. *Domus tota lauris obsita,*

Tadis lucida, strepebat hymeneum.

Nec tamen penitus exolevit illius similitudo, hodieq. viget in Urbe: quod si vidimus diebus publicæ lætitiæ, lucernas nimirum fenestris ædium apponi, Indices publicæ gratulationis. Sed hæc dicis, & animi causa.

ARGUMENTA IN REG. XIV. INNOCENTII VIII.

- | | | | | | | | |
|--|---|--|--|--|---|--|--|
| 1. Motus proprius Papæ quid operetur in gratia Apostolica. | 2. Motus proprius non tollit justitiam, etiam ad rem. | 3. Motus proprius tollit subreptionem. | 4. Ista reg. venit ad declarationem cap. si à sede, de præb. in 6. | 5. Motus proprius Legati, vel Ordinarii idem operatur, et motus proprius Pa- | 6. Jura loquentia de personis loquentur de idoneis. | 7. Baccalaureus an dicatur graduatus, & unde dicatur Baccalaureus. | 8. Appellatione Doctoris venit licentiatatus in favorabilibus, secus in odiosis. |
|--|---|--|--|--|---|--|--|

PRIMUM
REGIA
ET
MENA
N REGI
CANCELL
MISTO
L. 1.
PRIMUM
CIVIT